



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

10. Dies Aprilis. Primum scientiæ vestibulum, scire quod nescias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Et pro cælesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumeliam recusant. Cave ab his futilibus curis, & conseneskas, & incanescas nugis; quia ut Poëta.

Cura facit canos, quamvis homo non habet annos.

10. DIES APRILIS.

Primum scientiæ vestibulum, scire quod nescias. *S. Fulgent. Mytholog. I.*

Ignorantia.

I. **I**Nter vitia, quæ oppugnant Prudentiam, claudit agmen; ex quo, velut ex equo Trojano, egreditur malorum agmen, Ignorantia. Quidni in eam, ut in quoddam inauspicatū portentum Satyricè invehat cum Satyrico Misoponero. (a) *Apage à me omnes, quos saxificum illud monstrum, Ignorantiam dico, stuprefacit, quibus oculi sunt instar talpæ, velo obducti, aures surdi, garrulitate obtusæ, nares lutulenti animalis obesa. Scarabei gustatus assiduo fimo vitiatus, Et stupidus torpido frigore tactus ostreorum.* Quàm multi hoc exitiali Ignorantiæ morbo laborant! si quid illa sit, quæras, intelligere, non erit labor. Auctore Platone (b) *Inscitia est, quando quis falsa opinione decipitur, circa res plurimi faciendas.* Quis, quantumcunque sit ingenii subdilis, ab hoc malo est eximius? si aves augustum subire scientiæ sacrarium, hæc tibi sit prima lectio, in ejus vestibulo scire, te nihil scire. Ignorantia tam est vulgaris, ut non tantum occupet vulgus, & plebeia capita, sed mundi Oracula, & ingenio-

(a) *In Satyr. c. 5. (b) Protagon. p. 248.*

Aprilis.
Ferre co-
curis, et
oëta.

et anni.

S.

e quod

nant Pro-

a; ex quo

egreditur

am, utin

invehat

ne omnes

de dico. su-

ducti, an-

animalis

et spipi-

multi hoc

d illa sit

Platonem

decipitur

inque sit

aves au-

fit prima

gnoran-

vulgus

ingenio-

rum

Tessera.

271

Aprilis. rum fastigia. Quis, quæ sunt supra lunam, & ultra solem, intelligit? Nonne de cælestibus interrogati, eadem esset nostra, quæ olim Socratis responsio : *Quod supra nos, nihil ad nos.*

II. Utinam, quæ vel intrâ, & infrâ, & circâ nos sunt caperemus, non tot essent mente capti. Inter ea, quibus filii vanitatis turpissimè hallucinantur, non ultimum est, quod omnes omnem per diem operam, per noctem ad lucernam oleum impendant in cognoscendis syderum proprietatibus, planetarum influxibus, orbium cælestium motibus: se verò cognoscere negligunt. Si intelligeremus corruptionem, ex qua formati, immunditiam, de qua generati, molestias innumeras, cum quibus nascimur, laborem infinitum, quo alimur, dolores incredibiles, cum quibus vivimus: & quod caput est periculum ultimum, momenti ultimi quo moriemur, futurum esset, ut hac cognitione illustrati, mille causas mortis optandæ, ac ne unum quidem reperiremus vitæ prorogandæ. Versentur filii vanarum scientiarum multos annos in Academiis, atque ibi Rhetoricam discant, in Philosophia se exercent: Platonem legant, audiant Aristotelem, ediscant Homerum, versentur in Ciceronem, scrutentur Ptolomæum, occupentur in Xenophonte, auscultent T. Livium, A. Gelliū, voluent, Ovidium percalleant: Nunquam illi cum tanto scientiarum omnium apparatu efficiēt, ut non verum sit, quod dixit, & scripsit doctus ille in Christi schola, idiota Thom. à Kempis: (a) *Melior est profecto humilis rusticus; qui Deo servit, quàm superbus Philosophus, qui, neglecto, cursum cæli considerat.*

Expen-

(a) l. 1. c. 3.

Expendis cœlorum cursus; & non attendis, quàm tardus in curriculo ad cœlum.

III. Seitè pronuntiavit Æschines, non minimam sed maximam esse Philosophiæ partem, scire ad quid homo natus sit. Si penitus inspiceret, quid rei sit homo; plura intrâ sese inveniret, quibus ad modestiam invitaretur, quam quibus ad superbiam incitaretur. Nos hac nostra, qua degimus, ætate, non possumus, quod de priscis multi poterant, quæri. Nam veritas, quæ teste Gellio, (a) est temporis filia, luculentè, & errores omnes à quibus caveamus, & scientias veras, quas amplectamur, demonstravit. Quid reliquum est ad videndum, quod visum non sit? quid reat patefaciendum, quod non patefactum? quid legendum, quod non lectum? quid scribi potest, quod non scriptum? quid denique cognosci, quod non sit cognitum? Nemo igitur potest ignorantiam excusandæ culpæ prætexere: omnes quippè sciunt, omnes legunt, omnes discunt, sed inter omnes, qui sunt, qui ad hoc conferunt scientiam, ut sint meliores, honestiores, benigniores? sed proh dolor! innum passim homines si quid norint, ad nihil aliud produnt, quàm ut callidius lucrum faciant, ut proximo impendant, ut iniquè possessa tueantur, ut pactiones luculentâ conditione faciant, ut novum aliquod finis excogitent; ut nequitias suis pallium obducant. Melior est quævis ignorantia, hâc scientiâ. Itaque, si sis potiùs melior, quàm doctior; non mundi, sed Christi.

Audi doctrinam, si vis vitare ruinam.

(a) l. 1. c. 2. 11.

11. DIE

(a)